



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An principes dubius de iustitia belli possit bellum movere? Et quid est dicendum in casu, si Rex, licet dubiter, de possessione Regni, habet tamen maiorem propensionem, ut Regnum sit, v. g. Regis ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

ge eam per sententia: Ergo, &c. Item captiuus ius habet fugiendi; & dominus ius detinendi. Et eadem est ratio de reo in carcero detruso, qui ius habet fugiendi; cùm tamen iudex habeat ius illum detinendi, & puniendi, si fugerit. Datur ergo titulus bellandi iustus ex vtraque parte, iustumque bellum etiam nulla intercedente ignorantia. Et ita hanc sententiam tenet Alciatus in Paradoxis lib. 2e. vlt. sequutus Fulgosum in leg. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.

2. Sed contraria sententia & meritò docet Valentia tom. 3. disp. 3. q. 16. punt. 2. Bencanis in 2. 2. cap. 25. q. 7. Lorca in 2. 2. disp. 53. num. 15. Reginaldus tom. 2. lib. 21. cap. 8. n. 98. Villalobos in summa tom. 2. tract. 5. difficult. 5. num. 1. vbi sic ait. [No se puede dar guerra iusta por ambas partes, que sea material y formalmente iusta; aunque bien podria ser formalmente iusta por ambas partes, por auer ignorancia de parte de la una. La primera parte d'esta resolucion es clara: porque los enemigos son contrarios, y es necesario que tengan contrarios derechos, y asi de fuerza sera el uno iusto, y el otro iniusto. La segunda parte tambien es cierta; porque aunque el derecho de uno sea iusto, puede el otro ignorar con ignorancia invincible esa iniusticia, y pensar que tiene derecho iusto, y aun creo, que acontece esto muchas veces; porque los Letrados inclinan mucho al gusto de los Reyes, por lo qual con ignorancia tienen por iusto lo que no lo es. Ita ille & alij coomuniter.

3. Dicendum est igitur aliquando bellantes non peccare, quia ex ignorantia invincibili procedunt: non tamen sequitur ex hoc ex vtraque parte dari iustum bellum; sed ex una parte dari, & in alia praesummi: & ratione talis præsumptionis potest ille actus ad virtutem iustitiae pertinere.

4. Nota tamen quod supradicta ignorantia facilius habet locum in subditis & militibus, qui causam belli tanto examine discutere non tenentur.

RESOL. V.

An Princeps dubius de iustitia belli possit bellum mouere?

Et quid est dicendum in casu, si Rex, licet dubitet de possessione Regni, habet tamen maiorem propensionem, ut Regnum sit v.g. Regis Gallie, an in tali caju debeat restituere sicutem partem Regni? Ex part. 4. tract. 3. Resolut. 50.

§. 1. **A**d hoc dubium ita respondet Sylvius in 2. 2. D. Thome, quest. 40. art. 1. queritur quarti, concl. 2. 3. & 4. Quando potest diligenter inquisitionem dubitatur de iustitia belli, si agitur de causa iniuria, non licet bellum mouere, quia in dubio tanti momenti vbi de multorum hominum mortibus periculum est, oportet eligere partem tuitionem; si de causa possessionis, ille qui possidet non tenetur cedere, neque illi iuste moueri potest bellum, partim quia in dubio melior est conditio possidentis, partim quia si res ageretur coram iudice, nonquam in re dubia iudex spoliaret possidentem. Vnde si stante illo dubio is, qui possidet, spoliaret ab altero, possit isti alteri bellum mouere ad recuperandum id quod perdidit, quia per iniuriam est ei ablatum. Obseruandum autem, quid illus, qui in dubio possidet, teneatur non solum examinare negotium cum suis, sed etiam admittere Legatos alterius partis ad illud examinandum; quod si recusat, iniuriam ipsi facit, eoque nomine potest bello infestari. Si vero res, de qua dubium est, neutra parte

possideatur, non licet inferre bellum pro habenda tota, quia est contra aequitatem, vt vbi viceret habet equalē ius, alteri totum adiudicetur, licet tam pro habenda medietate, vel iusta compensatione, si alter nollet pacificè confertire, quia omnia diuidenda est, vel ex aequo compensanda. Et eadem, si in dubio is, qui non possidet, videatur habere plus iuris, potest compensationem petere ab illo, qui possidet; quam si date nolit, potest ab illo impetrari, quando negotium tanti est momenti, ut indicio prudentium expediatur illud terminari etiam per amita Sylvius, vir quidem doctus. Sed quid dicendum in casu si Rex, licet dubitet, habet tamen maiorem propensionem ut Regnum sit, v.g. Regis Gallie, an inquam, in tali casu debeat restituere sicutem partem Regni. Affirmavit responder Páez, Valenza & Rodriguez; sed merito illos reprobat Granado in 2. D. Thome, contr. 3. tract. 12. disp. 4. sel. 3. §. 2. num. 24. quia licet si maior propenso in id, quid Regnum sit Regis Gallie, adhuc manet verum dubium, ac proinde non elicetur determinata affirmans Regnum esse Regis Gallie, ceteras rationes videbis apud dictum Granadum.

RESOL. VI.

An qui bellum iniustum bona fide gesit, cognitus iustitia belli, teneatur resarcire omnia damna, quia intulit? Ex p. 6. tr. 4. Ref. 30.

§. 1. **R**espondet & benè Lorca in 2. 1. D. Thome, sect. 3. diff. 55. num. 4. Quod qui hoc modo ignoranter damnum iniustum bellando incolit, retinet ad restitutionem eorum dumtaxat, quae adiutoriorum erant, & apud ipsum in specie permanent, vel in virtute, quia ex eis ditor factus est. A ceterorum vero restitutione excusat; quia bona fide, & ignorantia invincibili liberatur ab obligatione cedentis, quae oritur ex iniusta acceptione vel latrone: & solum tenetur obligatione, quae oritur ex accepta; quae solum viget, quando res permanent in se aut in virtute.

RESOL. VII.

An si Princeps inferat bellum ex iusta causa sine intentione, bellum sit iniustum? Ex part. 6. tract. 4. Resolut. 4.

§. 1. **A**liqui asserunt in bello inferendo rectam intentionem requiri: vt pater ex cap. quid culpatur 23. question. 1. Tunc autem adest ita intentione, quando bellum suscipitur ob bonum communem, ob pacem, &c. Sed ista conditio non est necesse, vt ea deficiente bellum dicatur iniustum, indicens obligationem restituendi: neque enim iudex, qui animo vindictæ punitiuxta leges delinquentes, iniustitiam committit, esto contra charitatem faciat: talis ergo finis ad honestatem actionis operantis, sed non ad iniustitiam belli, pertinet. Et ita docet Bonacina de restitu. disp. 2. quest. ult. sect. 1. punt. ultim. §. 2. num. 6. vbi citat Molinam, Rodriguez, Fillicium, Valentiam, Sajrum, quibus addit Caltium Palauum tom. 1. tract. 6. disp. 5. punt. 1. num. 4. & Coimach. disp. 3. 1. de bello, dnb. 1. num. 18.

RESOL.